



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Antonius de Peralta n. 31

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Elogiorum  
congloba-  
tio.

30. \* A SEBASTIANO DE LA PARRA *In unum quasi fasciculum flores sequentium Elogiorum colligente, Societatemque appellante, Ierusalem Nouam; Matrem Illustrium Virorum; Deorumque fortium; Ciuitatem Dei; Mare immensum doctrinæ cælestis; Fontem amoris, Pietatis, Pœnitentiæ, Meditationis Altissimæ, Mortificationis, ardentisque zeli; ac demum Templum fide, Religione, Modestia, amore ac scientia velut lapidibus pretiosis constructum. Hæc ille in lib. festorum Salmanticens. de Beatif. S. Ignatij fol. 42. col. 1.*

Societas in  
Ecclesia  
Paradiso  
noua Eua  
veterem  
superans.

31. \* AB ANTONIO DE PERALTA *Singulariter asserente, & non minus singulariter probante, Societatem IESV in Ecclesiæ Sanctæ Paradiso, esse Euam Nouam, veterem aliam superantem. Hæc ille Ibidem fol. 102. Vbi consule dicti huius discursusque nouitatem.*

Eius Insti-  
tutum forte  
scutum, &  
inexpugna-  
bile Roma-  
ne Ecclesiæ  
munimen.

32. A SYLVESTRO MAVROLYCO *Abbate S. Mariæ de Roccamadore, qui post multa eleganter de Ecclesia, & Societate disputata, ita demum concludit: Non alto absque mysterio disposuit æternum Numen, vt ab almâ Vrbe Româ, Christi in terris Vicarij summâ Sede, suam traherent Originem Socij, quorum Institutum forte scutum, & inexpugnabile Munimen Romanæ Ecclesiæ esse dedebat. Hæc ille apud Imag. 1. sæc. Societ. lib. 5. cap. 11. fol. 679.*

Sententia  
Societatis  
circa scien-  
tiam Me-  
diam pro-  
pugnata.

33. A PETRO A S. IOSEPHO *Ex Congregatione Fulgenfi, eademque clarissima Cisterciensium Familia, qui luculentissimum edidit opus aduersus Prædeterminationem Physicam: in quo fortiter dimicat pro scientia Media, doctrinaque Iesuitarum, præcipuè disput. 2. sect. 10. §. Nihil denique &c. Vbi hæc inter alia habet. Simulque aduertit, vt alia commoda præteream, sine ope scientiæ Mediæ certitudinem Prædestinationis, efficaciam auxiliorum gratiæ & similia cum libertate nostra cohærere non posse, vt proinde ingenue fatear eos omnes, qui Theologiæ dant operam, velleo titulo plurimum debere prædictis Auctoribus (videlicet Societatis IESV Magistris) quod in illustranda scientia Media operam suam egregiè collocarint, suisque*